Quem si fata virum servant si vescitur aura
Etherea neque adhuc crudelibus occubat umbris
Non metus officio nec te certasse priorem
Peniteat sunt et siculis regionibus urbes
Armaque troianoque a sanguine clarus acestes
Quassatam ventis liceat subducere classem
Et silvis aptare trabes et stringere remos
Si datur italia sociis et rege recepto
Tendere ut italia leti latiumque petimus
Sin absumpta salus et te pater optime teucrum
Pontus habet libie nec spes iam restat iuli
At freta sicanie saltem sedesque paratas
Unde huc advecti regemque petamus acesten
Talibus ilioneus cuncti simul ore fremebant
Dardanide
Tum breviter dido vultum demissa profatur
Solvite corde metum teucri secludite curas
Res dura et regni novitas me talia cogunt
Moliri et late fines custode tueri
Quis genus eneadum quis troie nesciat urbem

BIBLIOTHEQUE IMPERIALE MAN.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 11411, 130r – Virgilius, Aeneidos Liber I
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-86zl/3424/35965)